



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

9. Ordinarius, an exigat charitativum subsidium ab extemptis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVAESTIO IX.
Ordinarius an exigat charitativum subsidium ab exemptis.

SUMMARIUM.

1. Concluditur negative.
2. Limitatur nisi exempti habeant populum non exemptum.
3. Item nisi exemptio concessa sit cum clausula volumus quod in charitate cum Episcopo permaneat.
4. Ordinarium munus quod sit.

Quod exigere non possit tenet Cardinalis & cum eo ita concludendum est
Card. Clem. frequens §. nonnulli in 3. oppos. de excess. prelat. ubi Paul. & Petr. de Ancharano in vers. 8. not. Innoc. cap. 1. circa med. de statu Monach.

Quod maxime procedit si exemptio sit data cum plena libertate id enim importat exemptionem non modo à jurisdictione sed etiam ab omnibus quæ sunt de lege Diocesana inter quæ subsidium charitativum numeratur ita Innoc. cap. veniens in glo. super ver. libertate de verb. signif. in 6. Bellenc. de charit. subsid. quest. 32. n. 8.

Limitatur primo, nisi exempti haberent populum non exemptum quia eo respectu exigi posset eiusmodi præstatio Innoc. cap. 1. circa med. de statu Monach. Bellenc. d. qu. 32. n. 5. vers. & protalibus.

Limitatur secundo, nisi in privilegio exemptionis apposita esset clausula vulgaris volumus autem quod Ecclesia huiusmodi exempta in charitate priori cum Episcopo suo remaneat *Abb. conf. 102. omnipotentis Dei postulato suffragio vol. 1. de quo dixi supra lib. 1. quest. 9. n. 9.* Non refragatur quod eiusmodi munus videatur ordinarium ex quo imponatur à lege seu canone ad quæ ordinaria munera etiam exempti adstringuntur *Barth. l. vacatu C. de decur. lib. 10. l. 1. C. de indit. lib. 10. in l. 2. ff. de immunit. l. unica C. de vacat. muneris li. 10. Barth. l. omnes C. de annoni & tributis li. 10.*

Quia fallum est quod subsidium charitativum sit munus ordinarium, nam ut quid censetur munus ordinarium non satis est ut imponatur à lege seu Canone sed præterea opus est ut habeat certam annuam & regularem præstationem *Guliatm. de Cugno l. nequidem C. de sacros. Eccles. Civ. l. voluntarie in 1. qu. C. de excus. iur. Barth. l. 1. col. ult. C. de mune. & in quo loco lib. 10. Bellenc. d. quest. 32. n. 6.* Quod non est in præstatione subsidij quæ nec annua est, nec uniformis, sed incerta ut pro re & necessitate enata exurgens.

* *

*